

# OFFICIO

DEL VENERDI' SANTO CHE SI DICE

## IL GIOVEDI' SANTO

A SERA.

## A MATTUTINO.

*Ebdomadario.* Pater noster, Ave Maria e  
Credo in Deum, *tutto segreto.*

Pater noster, qui es in cœlis, sanctificetur  
nomen tuum.

Advéniat regnum tuum, fiat volúntas tua  
sicut in cœlo et in terra.

Panem nostrum quotidiánum, da nobis  
hódie.

Et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos  
dimittimus debitóribus nostris.

Et ne nos indúcas in tentatiónem.

Sed líbera nos a malo.

Ave María, grátia plena, Dóminus tecum,  
benedícta tu in muliéribus, et benedíctus  
fructus ventris tui Jesus.

Sancta María mater Dei, ora pro nobis  
peccatóribus, nunc, et in hora mortis  
nostræ. Amen.

Credo in Deum, Patrem omnipoténtem,  
Creatórem cœli et terræ.

Et in Jesum Christum, Fílium ejus únicum,  
Dóminum nostrum : qui concéptus est  
de Spíritu Sancto, natus ex María  
Vírgine, passus sub Pontio Piláto,  
crucifíxus, mórtuus, et sepúltus,  
descéndit ad inférnos, tértia die  
resurréxit a mórtuis, ascéndit ad cœlos,  
sedet ad dexteram Dei Patris  
omnipoténtis, inde ventúrus est judicáre  
vivos et mórtuos.

Credo in Spíritum Sanctum, sanctam  
Ecclésiám cathólicam, sanctórum  
communiónem, remissionem  
peccatórum, carnis resurrecciónem,  
vitam ætérnam. Amen.

## AUX MATINES.

*Hebdomadaire.* Pater noster, Ave  
Maria e Credo in Deum, *tout à voix  
basse.*

Notre Père qui es aux cieus, que ton  
nom soit sanctifié, que ton règne  
vienne, que ta volonté soit faite sur  
la terre comme au ciel.

Donne-nous aujourd'hui notre pain de  
ce jour. Pardonne-nous nos  
offenses, comme nous pardonnons  
aussi à ceux qui nous ont offensés.

Et ne nous soumet pas à la tentation,  
mais délivre nous du Mal.

Je vous salue, Marie pleine de grâces;  
le Seigneur est avec vous. Vous êtes  
bénie entre toutes les femmes et  
Jésus, le fruit de vos entrailles, est  
béné.

Sainte Marie, Mère de Dieu, priez  
pour nous pauvres pécheurs,  
maintenant et à l'heure de notre  
mort.

Je crois en Dieu, le Père Tout-Puissant,  
créateur du Ciel et de la Terre.

Et en Jésus-Christ, son Fils unique,  
notre Seigneur, qui a été conçu du  
Saint Esprit, est né de la Vierge  
Marie, a souffert sous Ponce Pilate,  
a été crucifié, est mort, a été  
enseveli, est descendu aux enfers le  
troisième jour est ressuscité des  
morts, est monté aux Cieux, est  
assis à la Droite de Dieu, le Père  
tout puissant d'où il viendra juger  
les vivants et les morts

Je crois en l'Esprit Saint, à la Sainte  
Église Catholique, à la communion  
des saints, à la rémission des  
péchés, à la Résurrection de la  
chair, à la Vie Éternelle. Amen.

## PRIMO NOTTURNO.

*Ant.* Astitérunt reges terræ, et príncipes  
convenérunt in unum, advérsus  
Dóminum, et advérsus Christum ejus.

### *Salmo 2.*

**Q**uare fremuérunt gentes, \* et pópuli  
meditáti sunt inánia ?

Astitérunt reges terræ, et príncipes  
convenérunt in unum \* advérsus Dóminum,  
et advérsus Christum ejus.

Dirumpámus víncula eórum, \* et  
projiciámus a nobis jugum ipsórum.

Qui hábitat in cœlis, irridébit eos, \* et  
Dóminus subsannábit eos.

Tunc loquétur ad eos in ira sua, \* et in  
furóre suo conturbábit eos.

Ego autem constitútus sum Rex ab eo  
super Sion montem sanctum ejus, \*  
prædicans præcéptum ejus.

Dóminus dixit ad me : \* Fílius meus es tu,  
ego hódie genui te.

Póstula a me, et dabo tibi gentes  
hæreditátem tuam, \* et possessionem tuam  
términos terræ.

Reges eos in virga férrea, \* et tamquam  
vas figuli confrínges eos.

Et nunc reges intelligite : \* erudímini qui  
judicátis terram.

Servíte Dómino in timóre, \* et exultáte ei  
cum tremóre.

Apprehéndite disciplínam, nequándo  
irascátur Dóminus, \* et pereátis de via justa.

Cum exárserit in brevi ira ejus, \* beáti  
omnes, qui confídunt in eo.

*Ant.* Astitérunt reges terræ, et príncipes  
convenérunt in unum, advérsus  
Dóminum, et advérsus Christum ejus.

## PREMIER NOCTURNE.

*Ant.* Les rois de la terre se sont dressés  
et les chefs ont comploté contre le  
Seigneur, contre son Christ.

### *Psaume 2.*

**P**ourquoi ce tumulte des nations, ce  
vain murmure des peuples ?

Les rois de la terre se dressent, les  
grands se liguent entre eux contre le  
Seigneur et son messie :

« Faisons sauter nos chaînes,  
rejetons ces entraves ! »

Celui qui règne dans les cieux s'en  
amuse, le Seigneur les tourne en  
dérision;

Puis il leur parle avec fureur , et sa  
colère les épouvante :

« Moi, j'ai sacré mon roi sur Sion,  
ma sainte montagne. » Je proclame le  
décret du Seigneur !

Il m'a dit : « Tu es mon fils; moi,  
aujourd'hui, je t'ai engendré.

Demande, et je te donne en héritage  
les nations, pour domaine la terre tout  
entière.

Tu les détruiras de ton sceptre de  
fer, tu les briseras comme un vase de  
potier. »

Maintenant, rois, comprenez,  
reprenez-vous, juges de la terre.

Servez le Seigneur avec crainte,  
rendez-lui votre hommage en  
tremblant.

Que s'irrite le Seigneur et vous  
périssez zn chemin.

Soudain sa colère éclatera. Heureux  
qui trouve en lui son refuge !

*Ant.* Les rois de la terre se sont dressés  
et les chefs ont comploté contre le  
Seigneur, contre son Christ.

*Ant.* Diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem.

*Salmo 21.*

**D**eus, Deus meus respice in me : quare me dereliquisti ? \* longe a salute mea verba delictorum meorum.

Deus meus, clamabo per diem, et non exaudies, \* et nocte, et non ad insipientiam mihi.

Tu autem in sancto habitas, \* laus Israël.

In te speraverunt patres nostri : \* speraverunt, et liberasti eos.

Ad te clamaverunt, et salvi facti sunt : \* in te speraverunt, et non sunt confusi.

Ego autem sum vermis, et non homo : \* opprobrium hominum, et abjectio plebis.

Omnes videntes me, deriserunt me : \* locuti sunt labiis, et moverunt caput.

Speravit in Domino, eripiat eum, \* salvum faciat eum, quoniam vult eum.

Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre : \* spes mea ab uberibus matris meae.

In te projectus sum ex utero : \* de ventre matris meae Deus meus es tu, ne discesseris a me.

Quoniam tribulatio proxima est : \* quoniam non est qui adjuvet.

Circumdedérunt me vituli multi : \* tauri pingues obsederunt me.

Aperuerunt super me os suum, \* sicut leo rapiens et rugiens.

Sicut aqua effusus sum, \* et dispersa sunt omnia ossa mea.

Factum est cor meum tamquam cera liquescens \* in medio ventris mei.

Aruit tamquam testa virtus mea, et lingua mea adhæsit faucibus meis, \* et in pulverem mortis deduxisti me.

Quoniam circumdedérunt me canes multi : \* concilium malignantium obsedit me.

*Ant.* Ils se partagent entre eux mes habits, et tirent au sort mon vêtement.

*Psaume 21.*

**M**on Dieu, mon Dieu, pourquoi m'as-tu abandonné ? Le salut est loin de moi, loin des mots que je rugis.

Mon Dieu, j'appelle tout le jour, et tu ne réponds pas; même la nuit, je n'ai pas de repos.

Toi, pourtant, tu es saint, toi qui habites les hymnes d'Israël !

C'est en toi que nos pères espéraient, ils espéraient et tu les délivrais.

Quand ils criaient vers toi, ils échappaient; en toi ils espéraient et n'étaient pas déçus.

Et moi, je suis un ver, pas un homme, raillé par les gens, rejeté par le peuple.

Tous ceux qui me voient me bafouent, ils ricanent et hochent la tête :

« Il comptait sur le Seigneur : qu'il le délivre ! Qu'il le sauve, puisqu'il est son ami ! »

C'est toi qui m'as tiré du ventre de ma mère, qui m'a mis en sûreté entre ses bras.

A toi je fus confié dès ma naissance; dès le ventre de ma mère, tu es mon Dieu.

Ne sois pas loin : l'angoisse est proche, je n'ai personne pour m'aider.

Des fauves nombreux me cernent, des taureaux de Basan m'encerclent.

Des lions qui déchirent et rugissent ouvrent leur gueule contre moi.

Je suis comme l'eau qui se répand, tous mes membres se disloquent.

Mon cœur est comme la cire, il fond au milieu de mes entrailles.

Ma vigueur a séché comme l'argile, ma langue colle à mon palais. Tu me mènes à la poussière de la mort.

Oui, des chiens me cernent, une bande de vauriens m'entoure.

Foderunt manus meas, et pedes meos : \*  
dinumeraverunt omnia ossa mea.

Ipsi vero consideraverunt, et inspexerunt  
me : \* diviserunt sibi vestimenta mea, et  
super vestem meam miserunt sortem.

Tu autem, Domine, ne elongaveris  
auxilium tuum a me : \* ad defensionem  
meam conspice.

Erue a franea Deus animam meam : \* et  
de manu canis unicam meam.

Salva me ex ore leonis; \* et a cornibus  
unicornium humilitatem meam.

Narrabo nomen tuum fratribus meis : \* in  
medio Ecclesiae laudabo te.

Qui timetis Dominum, laudate eum : \*  
universum semen Jacob glorificate eum.

Timeat eum omne semen Israel : \* quoniam  
non sprevit, neque despexit deprecationem  
pauperis.

Nec avertit faciem suam a me, \* et cum  
clamarem ad eum, exaudivit me.

Apud te laus mea in Ecclesia magna : \* vota  
mea reddam in conspectu timentium eum.

Edent pauperes, et saturabuntur, et  
laudabunt Dominum qui requirunt eum : \*  
vivent corda eorum in saeculum saeculi.

Remiscuntur, et convertentur ad Dominum  
\* universi fines terrae.

Et adorabunt in conspectu ejus \* universae  
familiae Gentium.

Quoniam Domini est regnum, \* et ipse  
dominabitur Gentium.

Manducaverunt, et adoraverunt omnes  
pingues terrae : \* in conspectu ejus cadent  
omnes, qui descendunt in terram.

Et anima mea illi vivet, \* et semen meum  
serviet ipsi.

Annuntiabitur Domino generatio ventura : \*  
et annuntiabunt caeli justitiam ejus populo qui  
nascetur, quem fecit Dominus.

*Ant.* Diviserunt sibi vestimenta mea, et super  
vestem meam miserunt sortem.

Ils me percent les mains et les  
pieds; je peux compter tous mes os.

Ces gens me voient, ils me  
regardent. Ils partagent entre eux mes  
habits et tirent au sort mon vêtement.

Mais toi, Seigneur, ne sois pas  
loin : ô ma force, viens vite à mon  
aide !

Préserve ma vie de l'épée, arrache-  
moi aux griffes du chien;

Sauve-moi de la gueule du lion et  
de la corne des buffles. Tu m'as  
répondu !

Et je proclame ton nom devant mes  
frères, je te loue en pleine assemblée.

Vous qui le craignez, louez le  
Seigneur, glorifiez-le, vous tous,  
descendants de Jacob.

Vous tous, redoutez-le,  
descendants d'Israël, car il n'a pas  
rejeté, il n'a pas réprouvé le  
malheureux dans sa misère;

Il ne s'est pas voilé la face devant  
lui, mais il entend sa plainte.

Tu seras ma louange dans la  
grande assemblée; devant ceux qui te  
craignent, je tiendrai mes promesses.

Les pauvres mangeront : ils seront  
rassasiés; ils loueront le Seigneur, ceux  
qui le cherchent : « A vous, toujours, la  
vie et la joie ! »

La terre entière se souviendra et  
reviendra vers le Seigneur;

Chaque famille de nations se  
prosternera devant lui :

« Oui, au Seigneur la royauté, le  
pouvoir sur les nations ! »

Tous ceux qui festoyaient  
s'inclinent; promis à la mort, ils plient  
en sa présence.

Et moi, je vis pour lui : ma  
descendance le servira;

On annoncera le Seigneur aux  
générations à venir; on proclamera sa  
justice au peuple qui va naître : Voilà  
son oeuvre !

*Ant.* Ils se partagent entre eux mes  
habits, et tirent au sort mon  
vêtement.

*Ant.* Insurrexérunt in me testes iníqui, et mentita est iniquitas sibi.

*Salmo 26.*

**D**óminus illuminátio mea, \* et salus mea, quem timébo ?

Dóminus protéctor vitæ meæ, \* a quo trepidábo ?

Dum appropíant super me nocéntes, \* ut edant carnes meas.

Qui trébulant me inimíci mei, \* ipsi infirmáti sunt, et cecidérunt.

Si consistant advérsus me castra, \* non timébit cor meum.

Si exúrgat advérsus me prælium, \* in hoc ego sperábo.

Unam pétii a Dómino, hanc requíram, \* ut inhábitem in domo Dómini, ómnibus diébus vitæ meæ.

Ut vídeam voluptátem Dómini, \* et vísitem templum ejus.

Quóniam abscondit me in tabernáculo suo; \* in die malórum protéxit me in abscondito tabernáculi sui.

In petra exaltávit me : \* et nunc exaltávit caput meum super inimícos meos.

Circuíví, et immolávi in tabernáculo ejus hóstiam vociferatiónis : \* cantábo, et psalmum dicam Dómino.

Exaúdi, Dómine, vocem meam, qua clamávi ad te : \* miserére mei, et exaúdi me.

Tibi dixit cor meum, exquisívit te fácies mea : \* fáciem tuam, Dómine requíram.

Ne avértas fáciem tuam a me : \* ne declínes in ira a servo tuo.

Adjútor meus esto; \* ne derelínquas me, neque despicias me, Deus salutáris meus.

Quóniam pater meus, et mater mea dereliquerunt me : \* Dóminus autem assúmpsit me.

*Ant.* Contre moi se sont dressés de faux témoins, et la haine inspirait leurs mensonges.

*Psaume 26.*

**L**e Seigneur est ma lumière et mon salut, de qui aurais-je crainte ?

Le Seigneur est le rempart de ma vie; devant qui tremblerais-je ?

Si des méchants s'avancent contre moi pour me déchirer;

Ce sont eux, mes ennemis, mes adversaires, qui perdent pied et succombent.

Qu'une armée se déploie devant moi, mon coeur est sans crainte;

Que la bataille s'engage contre moi, je garde confiance.

J'ai demandé une chose au Seigneur, la seule que je cherche : habiter la maison du Seigneur tous les jours de ma vie;

Pour admirer le Seigneur dans sa beauté et m'attacher à son temple.

Oui, il me réserve un lieu sûr au jour du malheur; il me cache au plus secret de sa tente;

Il m'élève sur le roc. Maintenant je relève la tête devant mes ennemis.

J'irai célébrer dans sa tente le sacrifice d'ovation; je chanterai, je fêterai le Seigneur.

Écoute, Seigneur, je t'appelle ! Pitié ! Réponds-moi !

Mon coeur m'a redit ta parole : « Cherchez ma face ». C'est ta face, Seigneur, que je cherche.

Ne me cache pas ta face. N'écarte pas ton serviteur avec colère;

Tu restes mon secours. Ne me laisse pas, ne m'abandonne pas, Dieu, mon salut !

Mon père et ma mère m'abandonnent; le Seigneur me reçoit.

Legem pone mihi, Dómine, in via tua : \* et dirige me in sémitam rectam propter inimicos meos.

Ne tradideris me in ánimas tribulántium me : \* quóniam insurrexérunt in me testes iníqui, \* et mentíta est iníquitas sibi.

Credo vidére bona Dómini \* in terra vivéntium.

Expécta Dóminum, viríliter age, \* et confortétur cor tuum, et sústine Dóminum.

*Ant.* Insurrexérunt in me testes iníqui, et mentíta est iníquitas sibi.

*Cantori. V.* Divisérunt sibi vestiménta mea.

*R.* Et super vestem meam miserunt sortem.

*Governatore. Pater noster, secreto.*

Pater noster, qui es in cœlis, sanctificétur nomen tuum.

Advéniat regnum tuum, fiat volúntas tua sicut in cœlo et in terra.

Panem nostrum quotidiánum, da nobis hodie.

Et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimittímus debitóribus nostris.

Et ne nos indúcas in tentatiónem.

Sed líbera nos a malo.

Enseigne-moi ton chemin, Seigneur, conduis-moi par des routes sûres, malgré ceux qui me guettent.

Ne me livre pas à la merci de l'adversaire : contre moi se sont levés de faux témoins qui soufflent la violence.

Mais j'en suis sûr, je verrai les bontés du Seigneur sur la terre des vivants.

Espère le Seigneur, sois fort et prends courage; espère le Seigneur. »

*Ant.* Contre moi se sont dressés de faux témoins, et la haine inspirait leurs mensonges.

*Chantres. V.* Ils partagent entre eux mes habits.

*R.* Ils tirent au sort mes vêtements.

*Governatore. Pater noster, à voix basse.*

Notre Père qui es aux cieux, que ton nom soit sanctifié, que ton règne vienne, que ta volonté soit faite sur la terre comme au ciel.

Donne-nous aujourd'hui notre pain de ce jour. Pardonne-nous nos offenses, comme nous pardonnons aussi à ceux qui nous ont offensés.

Et ne nous soumet pas à la tentation, mais délivre nous du Mal.

De lamentatione Jeremiæ Prophætæ.

Lezione prima. Cap. 2. c.

Meth.

**C**ogitavit Dóminus dissipare murum filiæ Sion : tetendit funiculum suum, et non avértit manum suam a perditione : luxitque antemurale, et murus pariter dissipatus est.

*Teth.* Defixæ sunt in terra portæ ejus : perdidit, et contrivit vectes ejus : regem ejus, et principes ejus in Géntibus. Non est lex, et prophætæ ejus non invenérunt visionem a Dómino. *Jod.* Sedérunt in terra, conticuérunt senes filiæ Sion : conspersérunt cinere cápita sua, accincti sunt ciliciis : abjecérunt in terra cápita sua vírgines Jerúsalem. *Caph.* Defecérunt præ lácrimis óculi mei, conturbáta sunt viscera mea, effúsum est in terra jecur meum super contritione filiæ pópuli mei, cum deficeret párvulus, et lactens in pláteis óppidi. Jerúsalem, Jerúsalem, convértere ad Dóminum Deum tuum.

*Cantori. R.* Omnes amici mei dereliquérunt me, et prævaluérunt insidiántes mihi, tradidit me quem diligébam : \* Et terribílibus óculis plaga crudéli percutiéntes, acéto potábant me.

*Chi ha detto la Lezione.*

*V.* Inter iníquos projecérunt me, et non pepercérunt ánimæ meæ.

*Cantori. R.* Et terribílibus óculis plaga crudéli percutiéntes, acéto potábant me.

Lamentations du Prophète Jérémie.

Première leçon. Chap. 2. c.

Meth.

**L**e Seigneur avait résolu de détruire les murs de la fille de Sion; Il a tendu le cordeau, il n'a pas retiré sa main sans les avoir anéantis; Il a plongé dans le deuil rempart et murailles, qui n'offrent plus ensemble qu'une triste ruine. *Teth.* Ses portes sont enfoncées dans la terre; Il en a détruit, rompu les barres. Son roi et ses chefs sont parmi les nations; il n'y a plus de loi. Même les prophètes ne reçoivent aucune vision de l'Éternel. *Jod.* Les anciens de la fille de Sion sont assis à terre, ils sont muets; ils ont couvert leur tête de poussière, ils se sont revêtus de sacs; les vierges de Jérusalem laissent retomber leur tête vers la terre. *Caph.* Mes yeux se consomment dans les larmes, mes entrailles bouillonnent, ma bile se répand sur la terre, à cause du désastre de la fille de mon peuple, des enfants et des nourrissons en défaillance dans les rues de la ville. Jérusalem, Jérusalem, reviens au Seigneur ton Dieu.

*Chantres. R.* Tous mes amis m'ont abandonné, et ceux qui m'en voulaient l'ont emporté sur moi. Celui que j'aimais m'a trahi. Et, avec des regards de haine, après m'avoir cruellement blessé de leurs coups, ils m'ont offert à boire du vinaigre.

*Celui qui a dit la leçon.*

*V.* Ils m'ont mis au rang des scélérats, et n'ont pas épargné ma vie.

*Chantres. R.* Et, avec des regards de haine, après m'avoir cruellement blessé de leurs coups, ils m'ont offert à boire du vinaigre.



*Lezione Seconda.*

*Lamed.*

**M**átribus suis dixerunt : ubi est tríticum, Met vinum ? Cum defícerent quasi vulneráti in pláteis civitátis, cum exhalárent ánimas suas in sinu matrum suárum. *Mem.* Cui comparábo te, vel cui assimilábo te, fília Jerúsalem ? Cui exæquábo te, et consolábor te, virgo fília Sion ? Magna enim velut mare contrítio tua, quis medébitur tui ? *Nun.* Prophétæ tui vidérunt tibi falsa, et stulta : nec aperiébant iniquitátem tuam, ut te ad pœniténtiam provocárent : vidérunt autem tibi assumptiones falsas, et ejectiones : *Samech.* Plausérunt super te mánibus omnes transeúntes per viam : sibilavérunt, et movérunt caput suum super fíliam Jerúsalem. Hæccine est urbs, dicétes, perfécti decóris, gáudium univérsæ terræ ? Jerúsalem, Jerúsalem, convértere ad Dóminum Deum tuum.

*Cantori. R.* Velum Templi scissum est, \* Et omnis terra trémuit : latro de cruce clamábat, dicens : Meménto mei, Dómine, dum véneris in regnum tuum.

*Chi ha detto la Lezione.*

*V.* Petræ scissæ sunt : et monuménta apérta sunt, et multa córpora Sanctórum, qui dormiérant, surrexérunt.

*Cantori. R.* Et omnis terra trémuit : latro de cruce clamábat, dicens : Meménto mei, Dómine, dum véneris in regnum tuum.

*Seconde leçon.*

*Lamed.*

**I**ls disaient à leurs mères : Où y a-t-il du blé et du vin ? Et ils tombaient comme des blessés dans les rues de la ville, ils rendaient l'âme sur le sein de leurs mères. *Mem.* Que dois-je te dire ? A quoi te comparer, fille de Jérusalem ? Qui trouver de semblable à toi, et quelle consolation te donner, Vierge, fille de Sion ? Car ta plaie est grande comme la mer : Qui pourra te guérir ? *Nun.* Tes prophètes ont eu pour toi des visions vaines et fausses ; ils n'ont pas mis à nu ton iniquité, Afin de détourner de toi la captivité ; ils t'ont donné des oracles mensongers et trompeurs. *Samech.* Tous les passants battent des mains sur toi, ils sifflent, ils secouent la tête contre la fille de Jérusalem : Est-ce là cette ville qu'on appelait une beauté parfaite, la joie de toute la terre ? Jérusalem, Jérusalem, reviens au Seigneur ton Dieu.

*Chantres. R.* Le Voile du Temple se déchira, et il se produisit un tremblement de terre. Du haut de sa croix, le voleur s'est écrié : « Souviens-toi de moi, Seigneur, quand tu entreras dans ton royaume ! »

*Celui qui a dit la leçon.*

*V.* Les rochers se fendirent, des tombeaux s'ouvrirent, et beaucoup de saints déjà morts ressuscitèrent.

*Chantres. R.* Il se produisit un tremblement de terre. Du haut de sa croix, le voleur s'est écrié : « Souviens-toi de moi, Seigneur, quand tu entreras dans ton royaume ! »

Lezione Terza.

*Aleph.*

**E**go vir videns paupertatem meam in virga  
indignationis ejus. *Aleph.* Me minavit, et  
adduxit in tenebras, et non in lucem. *Aleph.*  
Tantum in me vertit, et convertit manum  
suam tota die. *Beth.* Vetustam fecit pellem  
meam, et carnem meam, contrivit ossa mea.  
*Beth.* Aedificavit in gyro meo, et circumdedit  
me felle, et labore. *Beth.* In tenebris  
collocavit me, quasi mortuos sempiternos.  
*Ghimel.* Circumaedificavit adversum me, ut  
non egrédier; aggravavit compedem meam.  
*Ghimel.* Sed et cum clamavero, et rogavero,  
excluserit orationem meam. *Ghimel.* Conclusit  
vias meas lapidibus quadris, semitas meas  
subvertit. Jerusalem, Jerusalem, convertere  
ad Dominum Deum tuum.

*Cantori. R.* Vinea mea electa, ego te plantavi;  
\* Quomodo conversa es in  
amaritudinem, ut me crucifigeres, et  
Barabbam dimitteres ?

*Chi ha detto la Lezione.*

V. Sepivi te, et lapides elégi ex te, et  
aedificavi turrim.

*Cantori. R.* Quomodo conversa es in  
amaritudinem, ut me crucifigeres, et  
Barabbam dimitteres ?

V. Vinea mea electa, ego te plantavi :  
Quomodo conversa es in amaritudinem,  
ut me crucifigeres, et Barabbam  
dimitteres ?

*Troisième leçon.*

*Aleph.*

**J**e suis l'homme qui a vu la misère  
sous la verge de sa fureur. *Aleph.* Il  
m'a conduit, mené dans les ténèbres, et  
non dans la lumière. *Aleph.* Contre  
moi il tourne et retourne sa main tout  
le jour. *Beth.* Il a fait dépérir ma chair  
et ma peau, Il a brisé mes os. *Beth.* Il a  
bâti autour de moi, Il m'a environné de  
poison et de douleur. *Beth.* Il me fait  
habiter dans les ténèbres, comme ceux  
qui sont morts dès longtemps. *Ghimel.*  
Il m'a entouré d'un mur, pour que je ne  
sorte pas; Il m'a donné de pesantes  
chaînes. *Ghimel.* J'ai beau crier et  
implorer du secours, Il ne laisse pas  
accès à ma prière. *Ghimel.* Il a fermé  
mon chemin avec des pierres de taille,  
Il a détruit mes sentiers. Jérusalem,  
Jérusalem, reviens au Seigneur ton  
Dieu.

*Chantres. R.* Toi, ma vigne choisie, toi  
que j'avais plantée, comment en es-  
tu arrivée à donner des fruits amers  
au point de me crucifier, en  
délivrant Barabas ?

*Celui qui a dit la leçon.*

V. Je t'avais entouré d'une haie, j'avais  
ôté les pierres qui pouvaient te  
nuire, et j'avais bâti une tour pour  
te défendre.

*Chantres. R.* Comment en es-tu arrivée  
à donner des fruits amers au point  
de me crucifier, en délivrant  
Barabas ?

V. Toi, ma vigne choisie, toi que j'avais  
plantée, comment en es-tu arrivée à  
donner des fruits amers au point de  
me crucifier, en délivrant Barabas ?

SECONDO NOTTURNO.

*Ant.* Vim faciébant, qui quærébant ánimam meam.

*Salmo 37.*

**D**ómine ne in furóre tuo árguas me, \*  
neque in ira tua corripías me.

Quóniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi : \*  
et confirmásti super me manum tuam.

Non est sánitas in carne mea a fácie iræ tuæ : \* non est pax óssibus meis a fácie peccatórum meórum.

Quóniam iniquitátes meæ supergréssæ sunt caput meum : \* et sicut onus grave gravátæ sunt super me.

Putruérunt et corrúptæ sunt cicatrices meæ, \* a fácie insipiéntiæ meæ.

Miser factus sum, et curvátus sum usque in finem : \* tota die contristátus ingrediébar.

Quóniam lumbi mei impléti sunt illusiónebus : \* et non est sánitas in carne mea.

Afflíctus sum, et humiliátus sum nimis : \* rugiébam a gémitu cordis mei.

Dómine, ante te omne desidérium meum : \* et gémitus meus a te non est absconditus.

Cor meum conturbátum est, derelíquit me virtus mea : \* et lumen oculórum meórum, et ipsum non est mecum.

Amíci mei, et próximi mei \* advérsus me appropinquavérunt, et steterunt.

Et qui juxta me erant, de longe steterunt : \* et vim faciébant qui quærébant ánimam meam.

Et qui inquirébant mala mihi, locúti sunt vanitátes : \* et dolos tota die meditabántur.

Ego autem tamquam surdus non audiébam : \* et sicut mutus non apériens os suum.

Et factus sum sicut homo non áudiens : \* et non habens in ore suo redargutiónes.

SECOND NOCTURNE.

*Ant.* Ils usent de violence, ceux qui s'en prennent à ma vie.

*Psaume 37.*

**S**eigneur, corrige-moi sans colère, et reprends-moi sans violence.

Tes flèches m'ont frappé, ta main s'est abattue sur moi.

Rien n'est sain dans ma chair sous ta fureur, rien d'intact en mes os depuis ma faute.

Oui, mes péchés me submergent, leur poids trop pesant m'écrase.

Mes plaies sont puanteur et pourriture : c'est là le prix de ma folie.

Accablé, prostré, à bout de forces, tout le jour j'avance dans le noir.

La fièvre m'envahit jusqu'aux moelles, plus rien n'est sain dans ma chair.

Brisé, écrasé, à bout de forces, mon coeur gronde et rugit.

Seigneur, tout mon désir est devant toi, et rien de ma plainte ne t'échappe.

Le coeur me bat, ma force m'abandonne, et même la lumière de mes yeux.

Amis et compagnons se tiennent à distance, et mes proches, à l'écart de mon mal.

Ceux qui veulent ma perte me talonnent, ces gens qui cherchent mon malheur;

Ils prononcent des paroles maléfiques, tout le jour ils ruminent leur trahison.

Moi, comme un sourd, je n'entends rien, comme un muet, je n'ouvre pas la bouche,

Je suis pareil à celui qui n'entend pas, qui n'a pas de réplique à la bouche.

Quóniam in te Dómine, sperávi : \* tu  
exáudies me, Dómine, Deus meus.

Quia dixi : Nequándo supergáudeant mihi  
inimíci mei : \* et dum commovéntur  
pedes mei, super me magna locúti sunt.

Quóniam ego in flagélla parátus sum : \* et  
dolor meus in conspéctu meo semper.

Quóniam iniquitátem meam annuntiábo : \*  
et cogitábo pro peccáto meo.

Inimíci autem mei vivunt, et confirmáti sunt  
super me : \* et multiplicáti sunt qui  
odérunt me iníque.

Qui retríbuunt mala pro bonis, detrahébant  
mihi : \* quóniam sequébar bonitátem.

Ne derelínquas me, Dómine, Deus meus : \*  
ne discésseris a me.

Inténde in adjutórium meum, \* Dómine,  
Deus, salútis meæ.

*Ant.* Vim faciébant, qui quærébant ánimam  
meam.

C'est toi que j'espère, Seigneur :  
Seigneur mon Dieu, toi, tu répondras.

J'ai dit : « Qu'ils ne triomphent pas,  
ceux qui rient de moi quand je  
trébuche ! »

Et maintenant, je suis près de  
tomber, ma douleur est toujours  
devant moi.

Oui, j'avoue mon péché, je  
m'effraie de ma faute.

Mes ennemis sont forts et  
vigoureux, ils sont nombreux à m'en  
vouloir injustement.

Ils me rendent le mal pour le bien;  
quand je cherche le bien, ils  
m'accusent.

Ne m'abandonne jamais, Seigneur,  
mon Dieu, ne sois pas loin de moi.

Viens vite à mon aide, Seigneur,  
mon salut !

*Ant.* Ils usent de violence, ceux qui  
s'en prennent à ma vie.

*Ant.* Confundántur et revereántur, qui  
quærunť ánimam meam, \* ut áuferant  
eam.

*Salmo 39.*

**E**xpéctans expectávi Dóminum, \* et  
inténdit mihi.

Et exaúdívit preces meas : \* et edúxit me  
de lacu misériæ, et de luto fæcis.

Et státuit super petram pedes meos : \* et  
diréxit gressus meos.

Et immísit in os meum cánticum novum, \*  
carmen Deo nostro.

Vidébunt multi, et timébunt : \* et  
sperábunt in Dómino.

Beátus vir, cujus est nomen Dómini spes  
ejus : \* et non respéxit in vanitátes et  
insánias falsas.

Multa fecísti tu, Dómine, Deus meus,  
mirabilia tua : \* et cogitatióibus tuis non est  
qui símilis sit tibi.

Annuntiávi et locútus sum : \* multiplicáti  
sunt super númerum.

Sacrificium et oblatiónem noluísti : \*  
aures autem perfecísti mihi.

Holocáustum et pro peccáto non  
postulásti : \* tunc dixi : Ecce vénio.

In cápite libri scriptum est de me ut  
fácerem voluntátem tuam : \* Deus meus,  
vólui, et legem tuam in médio cordis mei.

Annuntiávi justítiam tuam in ecclésia  
magna, \* ecce lábia mea non prohibébo :  
Dómine, tu scisti.

Justítiam tuam non abscóndi in corde  
meo : \* veritátem tuam et salutáre tuum dixi.

Non abscóndi misericórdiam tuam, et  
veritátem tuam \* a concílio multo.

Tu autem, Dómine, ne longe fácias  
miseratiónes tuas a me : \* misericórdia tua et  
véritas tua semper suscepérunt me.

*Ant.* Qu'ils soient tous humiliés,  
deshonorés, ceux qui s'en prennent  
à ma vie pour la détruire !

*Psaume 39.*

**D**'un grand espoir j'espérais le  
Seigneur : il s'est penché vers moi.

Il a entendu mon cri; il m'a tiré de  
l'horreur du gouffre, de la vase et de la  
boue.

Il m'a fait reprendre pied sur le roc,  
il a raffermi mes pas.

Dans ma bouche il a mis un chant  
nouveau, une louange à notre Dieu.

Beaucoup d'hommes verront, ils  
craindront, ils auront foi dans le  
Seigneur.

Heureux est l'homme qui met sa foi  
dans le Seigneur et ne va pas du côté  
des violents, dans le parti des traîtres.

Tu as fait pour nous tant de choses,  
toi, Seigneur mon Dieu ! Tant de  
projets et de merveilles : non, tu n'as  
point d'égal !

Je les dis, je les redis encore; mais  
leur nombre est trop grand !

Tu ne voulais ni offrande ni  
sacrifice, tu as ouvert mes oreilles;

Tu ne demandais ni holocauste ni  
victime, alors j'ai dit : « Voici, je viens.

Dans le livre, est écrit pour moi ce  
que tu veux que je fasse. Mon Dieu,  
voilà ce que j'aime : ta loi me tient aux  
entrailles. »

J'annonce la justice dans la grande  
assemblée; vois, je ne retiens pas mes  
lèvres, Seigneur, tu le sais.

Je n'ai pas enfoui ta justice au fond  
de mon coeur, je n'ai pas caché ta  
fidélité, ton salut;

Je n'ai pas caché ton amour et ta  
vérité à la grande assemblée.

Toi, Seigneur, ne retiens pas loin de  
moi ta tendresse; que ton amour et ta  
vérité sans cesse me gardent !

Quóniam circumdedérunt me mala,  
quorum non est númerus :  
comprehendérunt me iniquitátes meæ, \* et  
non pótui ut vidérem.

Multiplicátæ sunt super capillos cápitis  
mei : \* et cor meum derelíquit me.

Compláceat tibi Dómine ut éruas me : \*  
Dómine, ad adjuvándum me respice.

Confundántur et revereántur simul, qui  
quærunť ánimam meam, \* ut áuferant eam.

Convertántur retrórsum, et revereántur \*  
qui volunt mihi mala.

Ferant conféstim confusiónem suam, \* qui  
dicunt mihi : Euge, euge.

Exúltent et læténtur super te omnes  
quæréntes te : \* et dicant semper :  
Magnificétur Dóminus : qui díligunt  
salutáre tuum.

Ego autem mendícus sum, et pauper : \*  
Dóminus sollícitus est mei.

Adjútor meus, et protéctor meus tu es : \*  
Deus meus ne tardáveris.

*Ant.* Confundántur et revereántur, qui  
quærunť ánimam meam, \* ut áuferant  
eam.

Les malheurs m'ont assailli : leur  
nombre m'échappe ! Mes péchés m'ont  
accablé : ils m'enlèvent la vue !

Plus nombreux que les cheveux de  
ma tête, ils me font perdre coeur.

Daigne, Seigneur, me délivrer;  
Seigneur, viens vite à mon secours !

Qu'ils soient tous humiliés,  
deshonorés, ceux qui s'en prennent à  
ma vie !

Qu'ils reculent, couverts de honte,  
ceux qui cherchent mon malheur;

Que l'humiliation les écrase, ceux  
qui me disent : « C'est bien fait ! »

Mais tu seras l'allégresse et la joie  
de tous ceux qui te cherchent; toujours  
ils rediront : « Le Seigneur est grand ! »  
ceux qui aiment ton salut.

Je suis pauvre et malheureux, mais  
le Seigneur pense à moi.

Tu es mon secours, mon libérateur :  
mon Dieu, ne tarde pas !

*Ant.* Qu'ils soient tous humiliés,  
deshonorés, ceux qui s'en prennent  
à ma vie pour la détruire !

*Ant.* Aliéni insurrexérunt in me, et fortes  
quæsiérunt ánimam meam.

*Salmo 53.*

**D**eus in nómine tuo salvum me fac : \* et  
in virtúte tua júdica me.

Deus exáudi oratióem meam : \* áuribus  
pércepe verba oris mei.

Quóniam aliéni insurrexérunt advérsus  
me, et fortes quæsiérunt ánimam meam : \* et  
non proposuérunt Deum ante conspéctum  
suum.

Ecce enim Deus ádjuvat me : \* et Dóminus  
suscéptor est ánimæ meæ.

Avérte mala inimícis meis : \* et in veritáte  
tua dispérde illos.

Voluntárie sacrificábo tibi, \* et confitébor  
nómini tuo, Dómine : quóniam bonum est :

Quóniam ex omni tribulatióne eripuísti  
me : \* et super inimícos meos despéxit óculus  
meus.

*Ant.* Aliéni insurrexérunt in me, et fortes  
quæsiérunt ánimam meam.

*Cantori. V.* Insurrexérunt in me testes iníqui.

*R.* Et mentíta est iníquitas sibi.

*Governatore. Pater noster, segreto.*

Pater noster, qui es in cœlis, sanctificétur  
nomen tuum.

Advéniat regnum tuum, fiat volúntas tua  
sicut in cœlo et in terra.

Panem nostrum quotidiánum, da nobis  
hodie.

Et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos  
dimittímus debitóribus nostris.

Et ne nos indúcas in tentatióem.

Sed líbera nos a malo.

*Ant.* Des étrangers se sont levés contre  
moi, des hommes violents en  
veulent à ma vie.

*Psaume 53.*

**P**ar ton nom, Dieu, sauve-moi, par ta  
puissance rends-moi justice;

Dieu, entends ma prière, écoute les  
paroles de ma bouche.

Des étrangers se sont levés contre  
moi, des puissants cherchent ma perte :  
ils n'ont pas souci de Dieu.

Mais voici que Dieu vient à mon  
aide, le Seigneur est mon appui entre  
tous.

Que le mal retombe sur ceux qui  
me guettent; par ta vérité, Seigneur,  
détruis-les.

De grand coeur, je t'offrirai le  
sacrifice, je rendrai grâce à ton nom,  
car il est bon !

Oui, il m'a délivré de toute  
angoisse : j'ai vu mes ennemis défaits.

*Ant.* Des étrangers se sont levés contre  
moi, des hommes violents en  
veulent à ma vie.

*Chantres. V.* Contre moi se sont  
dressés de faux témoins.

*R.* Et la haine inspirait leurs  
mensonges.

*Governatore. Pater noster, à voix  
basse.*

Notre Père qui es aux cieux, que ton  
nom soit sanctifié, que ton règne  
vienne, que ta volonté soit faite sur  
la terre comme au ciel.

Donne-nous aujourd'hui notre pain de  
ce jour. Pardonne-nous nos  
offenses, comme nous pardonnons  
aussi à ceux qui nous ont offensés.

Et ne nous soumet pas à la tentation,  
mais délivre nous du Mal.

Lezione Quarta.  
Ec Tractatu S. Augustini Episcopi  
super psalmos.

**P**rotexisti me, Deus, a convéntu malignántium, a multitudíne operántium iniquitátem. Jam ipsum caput nostrum intueámur. Multi Mártyres tália passi sunt : sed nihil sic elúcet, quómo do caput Mártyrum; ibi mélius intuémur quod illi expérti sunt. Protéctus est a multitudíne malignántium, protegénte se Deo, protegénte carnem suam ipso Fílio, et hómine, quem gerébat : quia fílius hóminis est, et Fílius Dei est; Fílius Dei propter formam Dei. Fílius hóminis propter formam servi : habens in potestáte pónere ánimam suam, et recípere eam. Quid ei potuérunt fácere inimíci? Occidérunt corpus; ánimam non occidérunt. Inténdite. Parum ergo erat, Dóminum hortári Mártyres verbo, nisi firmáret exémplo.

*Cantori. R.* Tamquam ad latrónem existis cum gládiis et fústibus comprehendere me : \* Quotídie apud vos eram in templo docens, et non me tenuístis : et ecce flagellátum dúcitis ad crucifigéndum.

*Chi ha detto la Lezione.*

V. Cumque injecisset manus in Jesum, et tenuissent eum, dixit ad eos.

*Cantori. R.* Quotídie apud vos eram in templo docens, et non me tenuístis : et ecce flagellátum dúcitis ad crucifigéndum.

Quatrième leçon.  
Ec Tractatu S. Augustini Episcopi  
super psalmos.

«**V**ous m'avez protégé contre l'assemblée des méchants, contre la multitude de ceux qui commettent l'iniquité ». Ici, portons nos regards sur notre chef. Beaucoup de martyrs ont pu, à juste titre, se plaindre des procédés des méchants et des pécheurs, mais nul-d'entre eux n'a eu à souffrir, de leur part, autant que le Sauveur : en considérant ce qu'il a enduré, nous comprendrons bien mieux ce qu'ils ont supporté. Il a été protégé contre l'assemblée des méchants : Dieu lui accordait son secours; il n'a pas lui-même abandonné son corps à la volonté perverse des pécheurs : Fils de Dieu incarné, Fils de Dieu et Fils de l'homme tout ensemble, Fils de Dieu à cause de la substance divine qu'il possédait, Fils de l'homme, à cause de la forme d'esclave dont il s'était revêtu, il le protégeait : car il avait le pouvoir de donner sa vie et de la reprendre. Quel mal ses ennemis ont-ils pu lui faire? Ils ont fait mourir son corps, mais ils n'ont pu faire mourir son âme. Veuillez remarquer ceci. C'eût été peu pour lui d'exciter de bouche ses disciples au martyre : il fallait qu'il leur prêchât d'exemple.

*Chantres. R.* Vous êtes venu à moi comme à un voleur, avec des épées et des bâtons, pour me saisir; j'étais tous les jours au milieu de vous, enseignant dans le temple, et vous ne m'avez pas arrêté. Et voici que, m'ayant flagellé, vous me menez à la crucifixion.

*Celui qui a dit la leçon.*

V. Comme ils avaient porté la main sur Jésus et qu'ils le tenaient attaché, il leur disait :

*Chantres. R.* J'étais tous les jours au milieu de vous, enseignant dans le temple, et vous ne m'avez pas arrêté.



Lezione Quinta.

**N**ostis qui convéntus erat malignántium Judæórum, et quæ multitúdo erat operántium iniquitátem. Quam iniquitátem? Qua voluerunt occidere Dóminum Jesum Christum. Tanta ópera bona, inquit, osténdi vobis: propter quod horum me vultis occidere? Pértulit omnes infirmos eórum, curávit omnes lánguidos eórum, prædicávit regnum coelórum, non tácuít vítia eórum, ut ipsa pótius eis displicerent, non médicus a quo sanabántur: his ómnibus curatióibus ejus ingrátí, tamquam multa febrí phrenétici, insaniéntes in médicum qui vénerat curáre eos, excogitavérunt consílium perdéndi eum; tamquam ibi voléntes probáre, utrum vere homo sit, qui mori possit, an áliquíd super hómines sit, et mori se non permíttat. Verbum ipsórum agnóscimus in Sapiéntia Salomónis: Morte turpíssima, ínquiunt, condemnémus eum. Interrogémus eum; erit enim respéctus in sermónibus illíus: si enim vere Fílius Dei est, líberet eum.

*Cantori. R.* Ténébræ facta sunt, dum crucifixissent Jesum Judæi: et circa horam nonam exclamávit Jesus voce magna: Deus meus, ut quid me dereliquísti? \* Et inclináto cápíte, emisit spíritum.

*Chi ha detto la Lezione.*

V. Exclamáns Jesus voce magna, ait: Pater, in manus tuas comméndo spíritum meum.

*Cantori. R.* Et inclináto cápíte, emisit spíritum.

Cinquième leçon.

**V**ous savez quelles étaient ces assemblées de méchants: c'étaient celles des Juifs; vous connaissez l'iniquité de cette multitude de pécheurs: elle a consisté dans le dessein formé par eux de faire mourir Notre-Seigneur Jésus-Christ. « J'ai opéré sous vos yeux un si grand nombre de bonnes oeuvres: pour laquelle voulez-vous me mettre à mort? » Il avait supporté patiemment les indiscrets empressements de tous leurs malades, guéri tous leurs infirmes, prêché au milieu d'eux la parole de Dieu; il avait mis le doigt sur leurs vices pour leur en inspirer la haine, et non pour leur faire détester le médecin, qui voulait leur rendre la santé de l'âme: au lieu de lui témoigner de la reconnaissance pour tant de guérisons, ils se montrèrent ingrats: à les voir s'emporter contre lui, on eût dit qu'une fièvre violente leur avait ôté le sens, et qu'une sorte de rage les animait à l'égard du bienveillant médecin, qui était venu apporter un remède à leurs maux: ils formèrent donc le projet de le perdre, comme s'ils voulaient s'assurer de ce qu'il était: un homme, comme les autres, sujet à la mort, ou un homme supérieur aux autres, et à l'abri des coups du trépas. Le livre de la Sagesse de Salomon a prédit les paroles qu'ils prononcèrent alors: « Condamnons-le à mourir d'une mort infâme: éprouvons si ce qu'il a dit est véritable. S'il est le Fils de Dieu, que Dieu le délivre! »

*Chantres. R.* Il y eut des ténèbres depuis que les Juifs avaient crucifié Jésus. Et vers la neuvième heure, Jésus s'exclama d'une voix forte: Mon Dieu, mon Dieu, pourquoi m'as-tu abandonné? Et, sa tête s'étant inclinée, il expira.

*Celui qui a dit la leçon.*

V. Jésus s'écriant d'une voix forte: Père, je remets ma vie entre tes mains.

*Chantres. R.* Et, sa tête s'étant inclinée, il expira.

Lezione Sesta.

**E**xacuérunt tamquam gládium linguas suas. Non dicant Judæi : Non occídimus Christum. Etenim propterea eum dedérunt júdici Piláto, ut quasi ipsi a morte ejus videréntur immúnes. Nam cum dixisset eis Pilátus : Vos eum occídite, responderunt : Nobis non licet occídere quemquam. Iniquitátem facínoris sui in júdicem hóminem refúndere volébant : sed numquid Deum júdicem fallébant ? Quod fecit Pilátus, in eo ipso quod fecit, aliquántum párticeps fuit; sed in comparatióne illórum multo ipse innocéntior. Institit enim quantum pótuit, ut illum ex eórum mánibus liberáret. Nam propterea flagellátum prodúxit ad eos. Non persequéndo Dóminum flagellávit, sed eórum furóri satisfácere volens, ut vel sic jam mitéscerent, et desínerent velle occídere, cum flagellátum viderent : fecit et hoc. At ubi perseveravérunt, nostis illum lavísse manus, et dixísse, quod ipse non fecísset, mundum se esse a morte illíus : fecit tamen. Sed si reus qui fecit vel invítus; illi innocétes, qui coegerunt ut fáceret ? Nullo modo. Sed ille dixit in eum senténtiam, et jussit eum crucifígi, et quasi ipse occídít; et vos, o Judæi, occídístis. Unde occídístis? Gládio linguæ : acuístis enim linguas vestras. Et quando percussístis, nisi quando clamástis : Crucifíge, crucifíge ?

*Sixième leçon.*

« Ils ont aiguisé leur langue comme une épée ». Que les Juifs ne disent pas : Nous n'avons pas fait mourir le Christ. Car s'ils l'ont traduit au tribunal de Pilate, c'était afin de rejeter sur le gouverneur romain l'odieuse de la condamnation du Sauveur, et de n'être point eux-mêmes accusés. En effet, lorsque Pilate leur dit: « Faites-le vous-mêmes mourir », ils lui firent cette réponse: « Il ne nous est permis de faire mourir personne ». Leur dessein était donc de faire peser sur un seul, sur le juge, toute la responsabilité de leur crime; mais pouvaient-ils tromper le souverain Juge ? Ce qu'a fait Pilate pèse donc sur lui dans la proportion de la part qu'il a prise à la perpétration du déicide. Mais, si l'on compare sa conduite à celle des Juifs, il est de beaucoup moins coupable qu'eux. Autant que possible, il insista en sa faveur pour le tirer de leurs mains : dans cette intention, il le fit flageller et le présenta tout ensanglanté à leurs regards. En le soumettant au supplice de la flagellation, il n'avait certainement pas la volonté de se déclarer contre Jésus et de lui faire du mal : ce qu'il avait en vue, c'était de donner à leur fureur une sorte de satisfaction; Il suivit donc ce plan de conduite, mais s'apercevant qu'ils persévéraient dans leurs idées sanguinaires, il lava ses mains, vous le savez, et il déclara qu'il n'était pour rien dans la condamnation de cet homme, et qu'il était innocent de sa mort. Néanmoins, il le condamna. Il agit contre son gré, et tout le monde lui impute l'injustice de cette condamnation; et ceux qui l'ont forcé à rendre l'inique sentence seraient innocents ? Oh ! non, Pilate a prononcé le verdict; il a donné l'ordre de crucifier Jésus; il l'a, en quelque sorte, tué de sa main : mais, en réalité, ô Juifs, c'est vous qui lui avez donné le coup de la mort. Et comment lui avez-vous ôté la vie ? Du glaive de votre langue, car vous l'avez aiguisée comme une épée. Et à quel moment avez-vous frappé votre victime? C'est lorsque vous vous êtes écriés : « Crucifie-le, crucifie-le ! »

*Cantori. R.* Animam meam diléctam trádidi in manus iniquórum, et facta est mihi heréditas mea sicut leo in silva : dedit contra me voces adversárius, dicens : Congregámini, et properáte ad devorándum illum : posuérunt me in desérto solitúdinis, et luxit super me omnis terra : \* Quia non est invéntus qui me agnósceret, et fáceret bene.

*Chi ha detto la Lezione.*

V. Insurrexérunt in me viri absque misericórdia, et non pepercérunt ánimæ meæ.

*Cantori. R.* Quia non est invéntus qui me agnósceret, et fáceret bene.

*Chantres. R.* La vie qui m'était chère, je l'ai livrée aux mains des impies, et voici mon héritage tel un lion dans la forêt. Mon ennemi a parlé contre moi: « Rassemblez vous et hâtez-vous de le dévorer ». Ils m'ont mis dans un désert de solitude, et la terre entière m'a pleuré. Car il n'y eut personne pour me reconnaître et me venir en aide.

*Celui qui a dit la leçon.*

V. Les hommes se sont dressés contre moi sans merci et n'ont pas épargné ma vie.

*Chantres. R.* Car il n'y eut personne pour me reconnaître et me venir en aide.

## TERZO NOTTURNO.

*Ant.* Ab insurgéntibus in me líbera me,  
Dómine, quia occupavérunt ánimam  
meam.

### *Salmo 58.*

**E**ripe me de inimícis meis, Deus meus : \* et  
Ab insurgéntibus in me líbera me.

Eripe me de operántibus iniquitátem : \* et  
de viris sánguinum salva me.

Quia ecce cepérunt ánimam meam : \*  
irruérunt in me fortes.

Neque iniquitas mea, neque peccátum  
meum, Dómine : \* sine iniquitáte cucúrri, et  
diréxi.

Exúrge in occúrsum meum, et vide : \* et  
tu, Dómine, Deus virtútum, Deus Israël,

Inténde ad visitándas omnes Gentes : \*  
non misereáris ómnibus, qui operántur  
iniquitátem.

Converténtur ad vésperam : et fámem  
patiéntur ut canes, \* et circuíbunt civitátem.

Ecce loquéntur in ore suo, et gládius in  
lábiis eórum : \* quóniam quis audívit ?

Et tu, Dómine deridébis eos : \* ad níhilum  
dedúces omnes gentes.

Fortitúdinem meam ad te custódiám, quia,  
Deus, suscéptor meus es : \* Deus meus,  
misericórdia ejus prævéniet me.

Deus osténdet mihi super inimícos meos,  
ne occidas eos : \* nequándo obliviscántur  
pópuli mei.

Dispérge illos in virtúte tua : \* et depóne  
eos, protéctor meus, Dómine :

Delíctum oris eórum, sermónem labiórum  
ipsórum : \* et comprehendántur in supérbia  
sua.

Et de execratióne et mendácio  
annuntiabúntur in consummatione : \* in ira  
consummationis, et non erunt.

## TROISIEME NOCTURNE.

*Ant.* Protège-moi, Seigneur, de ceux  
qui se dressent contre moi, car ils  
en veulent à mon âme.

### *Psaume 58.*

**D**élivre-moi de mes ennemis, mon  
Dieu; de mes agresseurs, protège-  
moi.

Délivre-moi des hommes criminels;  
des meurtriers, sauve-moi.

Voici qu'on me prépare une  
embuscade : des puissants se jettent sur  
moi.

Je n'ai commis ni faute, ni péché, ni  
le mal, Seigneur, pourtant ils  
accourent et s'installent. Réveille-toi !  
Viens à moi, regarde,

Seigneur, Dieu de l'univers, Dieu  
d'Israël : lève-toi et punis tous ces  
païens, sans pitié pour tous ces traîtres  
de malheur !

Le soir, ils reviennent : comme des  
chiens, ils grondent, ils cernent la ville.

Les voici, l'écume à la bouche, l'épée  
aux lèvres : « Qui donc entendrait ? »

Mais toi, Seigneur, tu t'en amuses,  
tu te ris de tous ces païens.

Auprès de toi, ma forteresse, je  
veille; oui, mon rempart, c'est Dieu !

Le Dieu de mon amour vient à moi :  
avec lui je défie mes adversaires; ne les  
supprime pas, Seigneur, de peur que  
mon peuple n'oublie !

Que ta puissance les terrasse et les  
disperse, Seigneur, notre bouclier !

Ils pèchent dès qu'ils ouvrent la  
bouches; qu'ils soient pris à leur  
orgueil;

Puisqu'ils mentent et qu'ils  
maudissent ! Dans ta colère, détruis-  
les; détruis-les, qu'ils disparaissent !

Et scient quia Deus dominabitur Jacob : \* et finium terræ.

Convertentur ad vesp̄eram, et famem patientur ut canes : \* et circuibunt civitatem.

Ipsi dispergentur ad manducandum : \* si vero non fuerint saturati, et murmurabunt.

Ego autem cantabo fortitudinem tuam : \* et exultabo mane misericordiam tuam.

Quia factus es susceptor meus, \* et refugium meum, in die tribulationis meæ.

Adjutor meus, tibi psallam, quia, Deus, susceptor meus es : \* Deus meus, misericordia mea.

*Ant.* Ab insurgentibus in me libera me, Domine, quia occupaverunt animam meam.

Alors on saura que Dieu règne en Jacob et sur l'étendue de la terre.

Le soir, ils reviennent : comme des chiens, ils grondent, ils cernent la ville.

Ils vont en quête d'une proie, \* affamés, hurlant dans la nuit.

Et moi, je chanterai ta force, au matin j'acclamerai ton amour.

Tu as été pour moi un rempart, un refuge au temps de ma détresse.

Je te fêterai, toi, ma forteresse : oui, mon rempart, c'est Dieu, le Dieu de mon amour.

*Ant.* Protège-moi, Seigneur, de ceux qui se dressent contre moi, car ils en veulent à mon âme.

*Ant.* Longe fecisti notos meos a me : traditus sum, et non egrediébar.

*Salmo 87.*

**D**omine, Deus salutis meae : \* in die clamavi, et nocte coram te.

Intret in conspectu tuo oratio mea : \* inclina aurem tuam ad precem meam :

Quia repleta est malis anima mea : \* et vita mea inferno appropinquavit.

Aestimatus sum cum descendéntibus in lacum : \* factus sum sicut homo sine adjutorio, inter mortuos liber.

Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius : \* et ipsi de manu tua repulsi sunt.

Posuerunt me in lacu inferiori : \* in tenebris, et in umbra mortis.

Super me confirmatus est furor tuus : \* et omnes fluctus tuos induxisti super me.

Longe fecisti notos meos a me : \* posuerunt me abominationem sibi.

Traditus sum, et non egrediébar : \* oculi mei languerunt praé inopia.

Clamavi ad te, Domine, tota die : \* expandi ad te manus meas.

Numquid mortuis facies mirabilia : \* aut medici suscitabunt, et confitebuntur tibi ?

Numquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam, \* et veritatem tuam in perditione ?

Numquid cognoscuntur in tenebris mirabilia tua : \* et justitia tua in terra oblivionis ?

Et ego ad te, Domine, clamavi : \* et mane oratio mea praevéniet te.

Ut quid, Domine, repellis orationem meam : \* avertis faciem tuam a me ?

Pauper sum ego, et in laboribus a juventute mea : \* exaltatus autem, humiliatus sum et conturbatus.

*Ant.* Vous avez éloigné de moi ceux qui me connaissaient. J'ai été livré, et je ne sortais pas.

*Psaume 87.*

**S**eigneur, mon Dieu et mon salut, dans cette nuit où je crie en ta présence,

Que ma prière parvienne jusqu'à toi, ouvre l'oreille à ma plainte.

Car mon âme est rassasiée de malheur, ma vie est au bord de l'abîme.

On me voit déjà descendre à la fosse, je suis comme un homme fini.

Ma place est parmi les morts, avec ceux que l'on a tués, enterrés, ceux dont tu n'as plus souvenir, qui sont exclus, et loin de ta main.

Tu m'as mis au plus profond de la fosse, en des lieux engloutis, ténébreux.

Le poids de ta colère m'écrase, tu déverses tes flots contre moi.

Tu éloignes de moi mes amis, tu m'as rendu abominable pour eux; enrhumé.

Je n'ai pas d'issue : à force de souffrir, mes yeux s'éteignent.

Je t'appelle, Seigneur, tout le jour, je tends les mains vers toi.

Fais-tu des miracles pour les morts ? Leur ombre se dresse-t-elle pour t'acclamer ?

Qui parlera de ton amour dans la tombe, de ta fidélité au royaume de la mort ?

Connait-on dans les ténèbres tes miracles, et ta justice, au pays de l'oubli ?

Moi, je crie vers toi, Seigneur; dès le matin, ma prière te cherche.

Pourquoi me rejeter, Seigneur, pourquoi me cacher ta face ?

Malheureux, frappé à mort depuis l'enfance, je n'en peux plus d'endurer tes fléaux.

In me transiérunt iræ tuæ : \* et terróres  
tui conturbavérunt me.

Circumdedérunt me sicut aqua tota die : \*  
circumdedérunt me simul.

Elongásti a me amicum, et próximum : \*  
et notos meos a miséria.

*Ant.* Longe fecísti notos meos a me : tráditus  
sum, et non egrediébar.

Sur moi, ont déferlé tes orages : tes  
effrois m'ont réduit au silence.

Ils me cernent comme l'eau tout le  
jour, ensemble ils se referment sur  
moi.

Tu éloignes de moi amis et  
familiers; ma compagne, c'est la  
ténèbre.

*Ant.* Vous avez éloigné de moi ceux  
qui me connaissaient. J'ai été livré,  
et je ne sortais pas.

*Ant.* Captábunt in ánimam justí, et  
sánguinem innocéntem condemnábunt.

*Salmo 93.*

**D**eus ultiónum Dóminus : \* Deus  
ultiónum líbere egit.

Exaltáre, qui júdicas terram : \* redde  
retributiónem supérbis.

Usquequo peccatóres, Dómine : \*  
úsquequo peccatóres gloriabúntur :

Effabúntur, et loquéntur iniquitátem : \*  
loquéntur omnes, qui operántur  
injustítiam ?

Pópulum tuum, Dómine humiliavérunt : \*  
et hæreditátem tuam vexavérunt.

Víduam, et ádvenam interfecérunt : \* et  
pupíllas occidérunt.

Et dixerunt : Non vidébit Dóminus, \* nec  
intélliget Deus Jacob.

Intélligite, insipiéntes in pópulo : \* et stulti  
aliquándo sápite.

Qui plantávit aurem, non áudiet ? \* aut  
qui finxit óculum, non considérat ?

Qui córripit Gentes, non árguet : \* qui  
docet hóminem sciéntiam ?

Dóminus scit cogitatiónes hóminum, \*  
quóniam vanæ sunt.

Beátus homo, quem tu erudíeris, Dómine :  
\* et de lege tua docúeris eum :

Ut mítiges ei a diébus malis : \* donec  
fodiátur peccatóri fóvea.

Quia non repéllit Dóminus plebem  
suam : \* et hæreditátem suam non  
derelínquet.

Quoadúsque justítia convertátur in  
judícium : \* et qui juxta illam omnes qui  
recto sunt corde.

Quis consúrget mihi advérsus  
malignántes ? \* aut quis stabit mecum  
advérsus operántes iniquitátem ?

*Ant.* On s'attaque à la vie de l'innocent,  
le juste que l'on tue est déclaré  
coupable.

*Psaume 93.*

**D**ieu qui fais justice, Seigneur, Dieu  
qui fais justice, parais !

Lève-toi, juge de la terre; aux  
orgueilleux, rends ce qu'ils méritent.

Combien de temps les impies,  
Seigneur, combien de temps vont-ils  
triompher ?

Ils parlent haut, ils profèrent  
l'insolence, ils se vantent, tous ces  
malfaisants.

C'est ton peuple, Seigneur, qu'ils  
piétinent, et ton domaine qu'ils  
écrasent.

Ils massacrent la veuve et l'étranger,  
ils assassinent l'orphelin.

Ils disent : « Le Seigneur ne voit pas,  
le Dieu de Jacob ne sait pas ! »

Sachez-le, esprits vraiment  
stupides; insensés, comprendrez-vous  
un jour ?

Lui qui forma l'oreille, il  
n'entendrait pas ? Il a façonné l'oeil, et  
il ne verrait pas ?

Il a puni des peuples et ne châtierait  
plus, lui qui donne aux hommes la  
connaissance ?

Le Seigneur connaît les pensées de  
l'homme, et qu'elles sont du vent !

Heureux l'homme que tu châties,  
Seigneur, celui que tu enseignes par ta  
loi.

Pour le garder en paix aux jours de  
malheur, tandis que se creuse la fosse  
de l'impie.

Car le Seigneur ne délaisse pas son  
peuple, il n'abandonne pas son  
domaine :

On jugera de nouveau selon la  
justice; tous les hommes droits  
applaudiront.

Qui se lèvera pour me défendre des  
méchants ? Qui m'assistera face aux  
criminels ?



Nisi quia Dóminus adjúvit me : \*  
paulóminus habitásset in inférno ánima  
mea.

Si dicébam : Motus est pes meus : \*  
misericórdia tua, Dómine, adjuvabat me.

Secúndum multítudinem dolórum  
meórum in corde meo : \* consolatiónes tuæ  
lætificavérunt ánimam meam.

Numquid adhæret tibi sedes iniquitátis : \*  
qui fingis labórem in præcepto ?

Captábunt in ánimam justí : \* et  
sánguinem innocéntem condemnábunt.

Et factus est mihi Dóminus in refúgium : \*  
et Deus meus in adjutórium spei meæ.

Et reddet illis iniquitátem ipsórum : et in  
malítia eórum dispérdet eos : \* dispérdet illos  
Dóminus Deus noster.

*Ant.* Captábunt in ánimam justí, et  
sánguinem innocéntem condemnábunt.

*Cantori. V.* Locúti sunt advérsus me lingua  
dolósa.

*R.* Et sermónibus ódii circumdedérunt me, et  
expugnavérunt me gratis.

*Governatore. Pater noster, segreto.*

Pater noster, qui es in cœlis, sanctificétur  
nomen tuum.

Advéniat regnum tuum, fiat volúntas tua  
sicut in cœlo et in terra.

Panem nostrum quotidiánum, da nobis  
hodie.

Et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos  
dimittimus debitóribus nostris.

Et ne nos indúcas in tentatiónem.

Sed líbera nos a malo.

Si le Seigneur ne m'avait secouru,  
j'allais habiter le silence.

Quand je dis : « Mon pied  
trébuche ! » ton amour, Seigneur, me  
soutient.

Quand d'innombrables soucis  
m'envahissent, tu me réconfortes et me  
consoles.

Es-tu l'allié d'un pouvoir corrompu  
qui engendre la misère au mépris des  
lois ?

On s'attaque à la vie de l'innocent,  
le juste que l'on tue est déclaré  
coupable.

Mais le Seigneur était ma forteresse,  
et Dieu, le rocher de mon refuge.

Il retourne sur eux leur méfait :  
pour leur malice, qu'il les réduise au  
silence, qu'il les réduise au silence, le  
Seigneur notre Dieu.

*Ant.* On s'attaque à la vie de l'innocent,  
le juste que l'on tue est déclaré  
coupable.

*Chantres. V.* Ils ont parlé contre moi  
avec une langue trompeuse.

*R.* Ils m'ont environné de discours de  
haine, et m'ont malmené sans  
raison.

*Governatore. Pater noster, à voix  
basse.*

Notre Père qui es aux cieux, que ton  
nom soit sanctifié, que ton règne  
vienne, que ta volonté soit faite sur  
la terre comme au ciel.

Donne-nous aujourd'hui notre pain de  
ce jour. Pardonne-nous nos  
offenses, comme nous pardonnons  
aussi à ceux qui nous ont offensés.

Et ne nous soumet pas à la tentation,  
mais délivre nous du Mal.

*Lezione Settima.*

*De Epistola beati Pauli Apostoli ad Hebræos.*

**F**estinemus ergo ingredi in illam requiem :  
ut ne in idipsum quis incidat  
incredulitatis exemplum. Vivus est enim  
sermo Dei, et efficax et penetrabilior omni  
gladio ancipiti : et pertingens usque ad  
divisionem animæ ac spiritus : compagum  
quoque ac medullarum, et discretor  
cogitationum et intentionum cordis. Et non  
est ulla creatura invisibilis in conspectu  
ejus : omnia autem nuda et aperta sunt  
oculis ejus, ad quem nobis sermo. Habentes  
ergo Pontificem magnum qui penetravit  
cælos, Jesum Filium Dei, teneamus  
confessionem. Non enim habemus  
Pontificem qui non possit compati  
infirmatibus nostris : tentatum autem per  
omnia pro similitudine absque peccato.

*Cantori. R.* Tradiderunt me in manus  
impiorum, et inter iniquos projecerunt  
me, et non pepercerunt animæ meæ :  
congregati sunt adversum me fortes : \*  
Et sicut gigantes steterunt contra me.

*Chi ha detto la Lezione.*

*V.* Alieni insurrexerunt adversum me, et  
fortes quasi erunt animam meam.

*Cantori. R.* Et sicut gigantes steterunt contra  
me.

*Septième leçon.*

*Epître de Saint Paul Apôtre  
aux Hébreux.*

**A**ppliquons-nous donc à entrer dans  
ce repos-là, afin que personne ne  
tombe en imitant une semblable  
désobéissance. Car la parole de Dieu  
est vivante et opérante, et plus  
pénétrante qu'aucune épée à deux  
tranchants, et atteignant jusqu'à la  
division de l'âme et de l'esprit, des  
jointures et des moelles; et elle discerne  
les pensées et les intentions du cœur.  
Et il n'y a aucune créature qui soit  
cachée devant lui, mais toutes choses  
sont nues et découvertes aux yeux de  
celui à qui nous avons affaire. Ayant  
donc un grand souverain sacrificateur  
qui a traversé les cieus, Jésus, le Fils de  
Dieu, tenons ferme notre confession;  
car nous n'avons pas un souverain  
sacrificateur qui ne puisse sympathiser  
à nos infirmités, mais nous en avons  
un qui a été tenté en toutes choses  
comme nous, à part le péché.

*Chantres. R.* Ils m'ont livré aux mains  
des impies et m'ont placé au rang  
des malfaiteurs, et ils n'ont point  
épargné mon âme. Et tels des  
géants, ils se sont dressés contre  
moi.

*Celui qui a dit la leçon.*

*V.* Des étrangers se sont levés contre  
moi, des puissants cherchent ma  
perte.

*Chantres. R.* Et tels des géants, ils se  
sont dressés contre moi.

*Lezione Ottava.*

**A**deámus ergo cum fidúcia ad thronum Agrátiaē : ut misericórdiam consequámur, et grátiam inveniámus in auxilió opportúno. Omnis namque Póntifex ex homínibus assúptus, pro homínibus constitúitur in iis quæ sunt ad Deum, ut ófferat dona, et sacrificia pro peccátis : qui condólere possit iis qui ignórant et errant : quóniam et ipse circúmdatus est infirmitáte : et proptérea debet, quemádmódum pro pópulo, ita étiam et pro semetípso offérre pro peccátis.

*Cantori. R.* Jesum trádidit ímpius summis princípibus sacerdotum, et senióribus pópuli : \* Petrus autem sequebátur eum a longe, ut vidéret finem.

*Chi ha detto la Lezione.*

V. Adduxérunt autem eum ad Cáipham princípem sacerdotum, ubi scribæ et pharisæi convénerant.

*Cantori. R.* Petrus autem sequebátur eum a longe, ut vidéret finem.

*Huitième leçon.*

**A**pprochons-nous donc avec confiance du trône de la grâce, afin que nous recevions miséricorde et que nous trouvions grâce pour avoir du secours au moment opportun. Car tout souverain sacrificateur pris d'entre les hommes est établi pour les hommes dans les choses qui concernent Dieu, afin qu'il offre et des dons et des sacrifices pour les péchés, étant capable d'avoir de l'indulgence pour les ignorants et les errants, puisqu'il est aussi lui-même enveloppé d'infirmité; et, à cause de cette infirmité, il doit offrir pour les péchés, comme pour le peuple, ainsi aussi pour lui-même.

*Chantres. R.* L'homme impie trahit Jésus auprès des grands prêtres et des anciens du peuple. Pierre le suivit de loin pour voir la fin.

*Celui qui a dit la leçon.*

V. Ils le conduirent chez Caïphe le grand-prêtre, où étaient rassemblés les scribes et les pharisiens.

*Chantres. R.* Pierre le suivit de loin pour voir la fin.

*Lezione Nona.*

**N**ec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo, tamquam Aaron. Sic et Christus non semetipsum clarificavit ut Pontifex fieret : sed qui locutus est ad eum : Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quemadmodum et in alio loco dicit : Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Qui in diebus carnis suæ preces, supplicationesque ad eum qui possit illum salvum facere a morte cum clamore válido, et lacrimis offerens, exauditus est pro sua reverentia. Et quidem cum esset Filius Dei, didicit ex iis, quæ passus est, obedientiam : et consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ, appellatus a Deo Pontifex, juxta ordinem Melchisedech.

*Cantori. R.* Caligaverunt oculi mei a fletu meo : quia elongatus est a me, qui consolabatur me : Videte omnes populi,  
\* Si est dolor similis sicut dolor meus.

*Chi ha detto la Lezione.*

*V.* O vos omnes, qui transitis per viam, attendite et videte.

*Cantori. R.* Si est dolor similis sicut dolor meus.

*Neuvième leçon.*

**O**r nul ne s'arroe cet honneur; mais seulement s'il est appelé de Dieu, ainsi que le fut aussi Aaron. De même le Christ aussi ne s'est pas glorifié lui-même pour être fait souverain sacrificateur, mais celui-là l'a glorifié, qui lui a dit : «Tu es mon Fils; moi je t'ai aujourd'hui engendré»; comme il dit aussi dans un autre passage : «Tu es sacrificateur pour l'éternité selon l'ordre de Melchisédec», qui (c. à d. : le Christ), durant les jours de sa chair, ayant offert, avec de grands cris et avec larmes, des prières et des supplications à celui qui pouvait le sauver de la mort, et ayant été exaucé à cause de sa piété quoiqu'il fût Fils, a appris l'obéissance par les choses qu'il a souffertes; et ayant été consommé, il est devenu, pour tous ceux qui lui obéissent, l'auteur du salut éternel, étant salué par Dieu souverain sacrificateur selon l'ordre de Melchisédec.

*Chantres. R.* Les larmes ont aveuglé mes yeux car celui qui pouvait me reconforter était loin de moi. Voyez, vous tous, s'il est une douleur pareille à la mienne.

*Celui qui a dit la leçon.*

*V.* O vous tous qui passez, prenez garde et voyez.

*Chantres. R.* S'il est une douleur pareille à la mienne.

ALLE LODI.

*Ant.* Próprio Fílio suo non pepércit Deus, sed pro nobis ómnibus trádidit illum.

*Salmo 50.*

**M**iserére mei Deus, \* secúndum magnam misericórdiam tuam.

Et secúndum multítudinem miseratiónum tuárum, \* dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea: \* et a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognóscó: \* et peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, et malum coram te feci: \* ut justificéris in sermónibus tuis, et vincas cum judicáris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum: \* et in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexísti: \* incérta et occúlta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, et mundábor: \* lavábis me, et super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium et lætítiam: \* et exsultábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam a peccátis meis: \* et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus: \* et spíritum rectum ínnova in viscéribus meis.

Ne projícias me a fácie tua: \* et spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde mihi lætítiam salutáris tui: \* et spíritu principáli confírma me.

Docébo iníquos vias tuas: \* et impíi ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus, Deus, Deus salutis meæ: \* et exsultábit lingua mea justítiam tuam.

AUX LAUDES.

*Ant.* Dieu n'a pas épargné son propre fils, mais pour nous tous il l'a livré.

*Psaume 50.*

**O** Dieu ! aie pitié de moi dans ta bonté;

Selon ta grande miséricorde, efface mes transgressions;

Lave-moi complètement de mon iniquité, et purifie-moi de mon péché.

Car je reconnais mes transgressions, et mon péché est constamment devant moi.

J'ai péché contre toi seul, et j'ai fait ce qui est mal à tes yeux, en sorte que tu seras juste dans ta sentence, sans reproche dans ton jugement.

Voici, je suis né dans l'iniquité, Et ma mère m'a conçu dans le péché.

Mais tu veux que la vérité soit au fond du coeur : Fais donc pénétrer la sagesse au dedans de moi !

Purifie-moi avec l'hysope, et je serai pur; lave-moi, et je serai plus blanc que la neige.

Annonce-moi l'allégresse et la joie, et les os que tu as brisés se réjouiront.

Détourne ton regard de mes péchés, Efface toutes mes iniquités.

O Dieu ! crée en moi un coeur pur, renouvelle en moi un esprit bien disposé.

Ne me rejette pas loin de ta face, ne me retire pas ton esprit saint.

Rends-moi la joie de ton salut, et qu'un esprit de bonne volonté me soutienne !

J'enseignerai tes voies à ceux qui les transgressent, et les pécheurs reviendront à toi.

Délivre-moi du sang versé, et ma langue célébrera ta miséricorde.

Dómine, lábia mea apéries: \* et os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam si voluisses sacrificium dedíssem útique: \* holocáustis non delectáberis.

Sacrificium Deo spíritus contribulátus: \* cor contrítum, et humiliátum, Deus non despícies.

Benígne fac, Dómine, in bona voluntáte tua Sion: \* ut ædificéntur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrificium justítiæ, oblatiónes, et holocáusta: \* tunc impónent super altáre tuum vítulos.

*Ant.* Próprio Fílio suo non pepércit Deus, sed pro nobis ómnibus trádidit illum.

Seigneur ! ouvre mes lèvres, et ma bouche publiera ta louange.

Si tu eusses voulu des sacrifices, je t'en aurais offert; mais tu ne prends point plaisir aux holocaustes.

Les sacrifices qui sont agréables à Dieu, c'est un esprit brisé : O Dieu ! tu ne dédaignes pas un coeur brisé et contrit.

Répands par ta grâce tes bienfaits sur Sion, bâtis les murs de Jérusalem !

Alors tu agréeras des sacrifices de justice, des holocaustes et des victimes tout entières; alors on offrira des taureaux sur ton autel.

*Ant.* Dieu n'a pas épargné son propre fils, mais pour nous tous il l'a livré.

*Ant.* Anxiátus est super me spíritus meus, in me turbátum est cor meum.

*Psaume 142.*

**D**ómine, exáudi oratióem meam: áuribus pécipie obsecratióem meam in veritate tua : \* exáudi me in tua justitia.

Et non intres in iudícium cum servo tuo: \* quia non justificábitur in conspéctu tuo omnis vivens.

Quia persecútus est inimícus ánimam meam: \* humiliávit in terra vitam meam.

Collocávit me in obscuris sicut mórtuos sæculi : \* et anxiátus est super me spíritus meus, in me turbátum est cor meum.

Memor fui diérum antiquórum, meditátus sum in ómnibus opéribus tuis: \* in factis mánuum tuárum meditábar.

Expándi manus meas ad te: \* ánima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velóciter exáudi me, Dómine: \* defécit spíritus meus.

Non avértas faciém tuam a me: \* et símilis ero descendéntibus in lacum.

Audítam fac mihi mane misericórdiam tuam: \* quia in te sperávi.

Notam fac mihi viam, in qua ámbulem: \* quia ad te levávi ánimam meam.

Eripe me de inimícis meis, Dómine, ad te confúgi: \* doce me fácere voluntátem tuam, quia Deus meus es tu.

Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam: \* propter nomen tuum, Dómine, vivificábis me, in æquitáte tua.

Educes de tribulatióne ánimam meam: \* et in misericórdia tua dispédes inimícos meos.

Et perdes omnes, qui tribulant ánimam meam, \* quóniam ego servus tuus sum.

*Ant.* Anxiátus est super me spíritus meus, in me turbátum est cor meum.

*Ant.* Mon esprit défaille en moi, mon coeur est troublé dans mon sein.

*Psaume 142.*

**S**eigneur, entends ma prière; dans ta justice écoute mes appels, dans ta fidélité réponds-moi.

N'entre pas en jugement avec ton serviteur : aucun vivant n'est juste devant toi.

L'ennemi cherche ma perte, il foule au sol ma vie; il me fait habiter les ténèbres avec les morts de jadis.

Le souffle en moi s'épuise, mon coeur au fond de moi s'épouvante.

Je me souviens des jours d'autrefois, je me redis toutes tes actions, \* sur l'oeuvre de tes mains je médite.

Je tends les mains vers toi, me voici devant toi comme une terre assoiffée.

Vite, réponds-moi, Seigneur : je suis à bout de souffle !

Ne me cache pas ton visage : je serais de ceux qui tombent dans la fosse.

Fais que j'entende au matin ton amour, car je compte sur toi.

Montre-moi le chemin que je dois prendre : vers toi, j'élève mon âme !

Délivre-moi de mes ennemis, Seigneur : j'ai un abri auprès de toi; apprends-moi à faire ta volonté, car tu es mon Dieu.

Ton souffle est bienfaisant : qu'il me guide en un pays de plaines. Pour l'honneur de ton nom, Seigneur, fais-moi vivre; à cause de ta justice;

Tire-moi de la détresse; à cause de ton amour, tu détruiras mes ennemis.

Tu feras périr mes adversaires, car je suis ton serviteur.

*Ant.* Mon esprit défaille en moi, mon coeur est troublé dans mon sein.

*Ant.* Ait latro ad latrónem : Nos quidem digna factis recípiamus, hic autem quid fecit ? Meménto mei, Dómine, dum véneris in regnum tuum.

*Salmo 84.*

**B**enedixísti, Dómine, terram tuam: \*  
avertísti captivitátem Jacob.

Remisísti iniquitátem plebis tuæ: \*  
operuísti ómnia peccáta eórum.

Mitigásti omnem iram tuam: \* avertísti ab ira indignatiónis tuæ.

Convérte nos, Deus, salutáris noster: \* et avérte iram tuam a nobis.

Numquid in ætérnum irascéris nobis? \*  
aut exténdes iram tuam a generatióne in generatiónem?

Deus, tu convérsus vivificábis nos: \* et plebs tua lætábitur in te.

Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam: \* et salutáre tuum da nobis.

Audiam quid loquátur in me Dóminus Deus: \* quóniam loquétur pacem in plebem suam.

Et super sanctos suos: \* et in eos, qui convertúntur ad cor.

Verúmtamen prope timéntes eum salutáre ipsíus: \* ut inhábitet glória in terra nostra.

Misericórdia, et véritas obviavérunt sibi: \*  
justítia, et pax osculátæ sunt.

Véritas de terra orta est: \* et justítia de cælo prospéxit.

Etenim Dóminus dabit benignitátem: \* et terra nostra dabit fructum suum.

Justítia ante eum ambulábit: \* et ponet in via gressus suos.

*Ant.* Ait latro ad latrónem : Nos quidem digna factis recípiamus, hic autem quid fecit ? Meménto mei, Dómine, dum véneris in regnum tuum.

*Ant.* Un des voleurs dit à l'autre :  
Nous, nous avons reçu le juste châtement de nos actes, mais cet homme, qu'a-t-il fait ? « Souviens-toi de moi, Seigneur, quand tu entreras dans ton royaume ! ».

*Psaume 84.*

**T**u as aimé, Seigneur, cette terre, tu as fait revenir les déportés de Jacob;

Tu as ôté le péché de ton peuple, tu as couvert toute sa faute;

Tu as mis fin à toutes tes colères, tu es revenu de ta grande fureur.

Fais-nous revenir, Dieu, notre salut, oublie ton ressentiment contre nous.

Seras-tu toujours irrité contre nous, maintiendras-tu ta colère d'âge en âge ?

N'est-ce pas toi qui reviendras nous faire vivre et qui seras la joie de ton peuple ?

Fais-nous voir, Seigneur, ton amour, et donne-nous ton salut.

J'écoute : que dira le Seigneur Dieu ? Ce qu'il dit, c'est la paix pour son peuple et ses fidèles;

Qu'ils ne reviennent jamais à leur folie !

Son salut est proche de ceux qui le craignent, et la gloire habitera notre terre.

Amour et vérité se rencontrent, justice et paix s'embrassent;

La vérité germera de la terre et du ciel se penchera la justice.

Le Seigneur donnera ses bienfaits, et notre terre donnera son fruit.

La justice marchera devant lui, et ses pas traceront le chemin.

*Ant.* Un des voleurs dit à l'autre :  
Nous, nous avons reçu le juste châtement de nos actes, mais cet homme, qu'a-t-il fait ? « Souviens-toi de moi, Seigneur, quand tu entreras dans ton royaume ! ».



*Ant.* Cum conturbáta fuerit ánima mea,  
Dómine, misericórdiæ memor eris.

*Cantico di Abacuc.*

**D**ómine, audívi auditiónem tuam: \* et tímui.

Dómine, opus tuum, \* in médio annórum vivífica illud.

In médio annórum notum fácies: \* cum irátus fueris, misericórdiæ recordáberis.

Deus ab Austro véniet: \* et sanctus de monte Pharan.

Opéruit cœlos glória ejus: \* et laudis ejus plena est terra.

Splendor ejus ut lux erit: \* córnua in mânibus ejus :

Ibi abscondita est fortitúdo ejus : \* ante faciém ejus íbit mors.

Et egrediétur diábolus ante pedes ejus. \* Stetit, et mensus est terram.

Aspéxit, et dissólvit Gentes : \* et contríti sunt montes sæculi.

Incurváti sunt colles mundi, \* ab itinéribus æternitátis ejus.

Pro iniquitáte vidi tentória Æthiopiæ: \* turbabúntur pelles terræ Mádián.

Numquid in flumínibus irátus es, Dómine? \* aut in flumínibus furor tuus? vel in mari indignátio tua?

Qui ascédes super equos tuos: \* et quadrigæ tuæ salvátio.

Súscitans suscitábis arcum tuum: \* juraménta tríbubus quæ locútus es.

Flúvios scindes terræ : vidérunt te, et doluérunt montes: \* gorges aquárum tránsiit.

Dedit abyssus vocem suam: \* altitúdo manus suas levávit.

*Ant.* Lorsque mon âme est troublée, souviens-toi, Seigneur, de ton amour.

*Cantique d'Habacuc.*

**S**eigneur, j'ai entendu ce que tu as annoncé, je suis saisi de crainte.

Seigneur, vivent tes actes au cours des années! Au cours des années, fais-les reconnaître; mais dans le bouleversement rappelle-toi d'être miséricordieux!

Dieu vient de Témân, le Saint du mont Parân.

Pause Sa majesté comble le ciel, sa louange emplît la terre.

La lumière devient éclatante. Deux rayons sortent de sa propre main :

C'est là le secret de sa force. Devant lui marche la peste;

Et la fièvre met ses pas dans les siens. Il s'est arrêté, il a pris la mesure de la terre.

Il a regardé et fait sursauter les nations. Les montagnes éternelles se sont disloquées;

Les collines antiques se sont effondrées. A lui les antiques parcours !

J'ai vu les tentes de Koushân réduites à néant; les abris du pays de Madiân sont bouleversés.

Le Seigneur s'est-il enflammé contre des rivières ? Ta colère s'adresse-t-elle aux rivières, ta fureur à la mer;

Lorsque tu montes sur tes chevaux, sur tes chars victorieux ?

Ton arc est mis à nu, les paroles des serments sont des épieux.

Tu crevasses la terre par des torrents. Les montagnes t'ont vu: elles tremblent. Une trombe d'eau est passée;

L'Abîme a donné de la voix, il a tendu ses mains vers le haut.

Sol, et luna steterunt in habitaculo suo, \*  
in luce sagittarum tuarum, ibunt in  
splendore fulgurantis hastae tuae.

In fremitu conculcabis terram: \* et in  
furore obstupescies Gentes.

Egressus es in salutem populi tui: \* in  
salutem cum Christo tuo.

Percussisti caput de domo impii: \*  
denudasti fundamentum ejus usque ad  
collum.

Maledixisti sceptris ejus, capiti  
bellatorum ejus, \* venientibus ut turbo ad  
dispersionem me.

Exultatio eorum, \* sicut ejus, qui devorat  
pauperem in abscondito.

Viam fecisti in mari equis tuis, \* in luto  
aquarum multarum.

Audivi, et conturbatus est venter meus: \* a  
voce contremuerunt labia mea.

Ingrédiantur putredo in ossibus meis, \* et  
subter me scateat.

Ut requiescam in die tribulationis: \* ut  
ascendam ad populum accinctum nostrum.

Ficus enim non florébit: \* et non erit  
germen in vineis.

Mentietur opus olivae: \* et arva non  
afferent cibum.

Abscindetur de ovili pecus: \* et non erit  
armamentum in praesepibus.

Ego autem in Domino gaudébo: \* et  
exultabo in Deo Jesu meo.

Deus Dominus fortitudo mea : \* et ponet  
pedes meos quasi cervorum.

Et super excelsa mea deducet me victor \*  
in psalmis canentem.

*Ant.* Cum conturbata fuerit anima mea,  
Domine, misericordiae memor eris.

Le soleil et la lune se sont arrêtés  
dans leur demeure à la lumière de tes  
flèches qui partent, à l'éclat foudroyant  
de ta lance.

Tu parcours la terre dans ton  
courroux, tu foules aux pieds les  
nations dans ta colère.

Tu es sorti pour le salut de ton  
peuple, pour le salut de ton messie.

Tu as décapité la maison du  
méchant : place nette au ras des  
fondations!

Tu as percé de leurs propres épieux  
la tête de ses chefs, alors qu'ils  
arrivaient en tempête pour m'écarteler;  
Allègrement, comme si, dans  
l'embuscade, ils dévoreraient déjà le  
vaincu.

Tu as frayé le chemin de tes  
chevaux dans la mer, dans le  
bouillonnement des eaux puissantes.

J'ai entendu et je suis profondément  
bouleversé. A ce bruit, mes lèvres  
balbutient;

Je suis tout décomposé. Je reste sur  
place, bouleversé.

Car je dois attendre sans bouger le  
jour de la détresse, pour monter vers le  
peuple qui nous assaille.

Oui, le figuier ne fleurit pas, les  
vignes ne rapportent rien;

La culture de l'olivier trompe  
l'attente, les champs ne donnent rien à  
manger.

Le petit bétail disparaît des  
bergeries, il n'y a plus de gros bétail  
dans les étables.

Moi, je serai dans l'allégresse à  
cause du Seigneur, j'exulterai à cause  
du Dieu qui me sauve.

Le Seigneur est mon Seigneur, il est  
ma force, il rend mes pieds comme  
ceux des biches;

Et me fait marcher sur mes  
hauteurs, avec mes instruments à  
cordes.

*Ant.* Lorsque mon âme est troublée,  
souviens-toi, Seigneur, de ton  
amour.

*Ant.* Meménto mei, Dómine, dum véneris in regnum tuum.

*Salmo 147.*

**L**auda, Jerúsalem, Dóminum: \* lauda Deum tuum, Sion.

Quóniam confortávit seras portárum tuárum: \* benedíxit filiis tuis in te.

Qui pósuit fines tuos pacem: \* et ádipe fruménti sátiat te.

Qui emíttit elóquium suum terræ: \* velóciter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam: \* nébulam sicut cínere spargit.

Mittit cristallum suum sicut buccéllas: \* ante fáciem frígoris ejus quis sustinébit?

Emíttet verbum suum, et liquefáciét ea: \* flabit spíritus ejus, et fluent aquæ.

Qui annúnciat verbum suum Jacob: \* justítias, et judícia sua Israël.

Non fecit táliter omni nátióni: \* et judícia sua non manifestávit eis.

*Ant.* Meménto mei, Dómine, dum véneris in regnum tuum.

*V.* Collocávit me in obscúris.

*R.* Sicut mórtuos sæculi.

*Ant.* Souviens-toi de moi, Seigneur, quand tu entreras dans ton royaume.

*Psaume 147.*

**G**lorifie le Seigneur, Jérusalem ! Célèbre ton Dieu, ô Sion !

Il a consolidé les barres de tes portes, dans tes murs il a béni tes enfants;

Il fait régner la paix à tes frontières, et d'un pain de froment te rassasie.

Il envoie sa parole sur la terre : rapide, son verbe la parcourt.

Il étale une toison de neige, il sème une poussière de givre.

Il jette à poignées des glaçons; devant ce froid, qui pourrait tenir ?

Il envoie sa parole : survient le dégel; il répand son souffle : les eaux coulent.

Il révèle sa parole à Jacob, ses volontés et ses lois à Israël.

Pas un peuple qu'il ait ainsi traité; nul autre n'a connu ses volontés.

*Ant.* Souviens-toi de moi, Seigneur, quand tu entreras dans ton royaume.

*V.* il me fait habiter les ténèbres.

*R.* Avec les morts de jadis.

*Ant.* Posuérunt super caput ejus causam ipsius scriptam : Jesus Nazarénus, Rex Judæórum.

*II Canticum di Zaccaria. Luc. 1.*

**B**enedíctus Dóminus, Deus Israël: \* quia visitávit, et fecit redemptionem plebis suæ :

Et eréxit cornu salutis nobis: \* in domo David, púeri sui.

Sicut locútus est per os sanctorum, \* qui a sæculo sunt, prophetarum ejus :

Salutem ex inimicis nostris, \* et de manu omnium, qui odérunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: \* et memorari testamenti sui sancti.

Jusjurandum, quod jurávit ad Abraham patrem nostrum, \* daturum se nobis :

Ut sine timóre, de manu inimicorum nostrorum liberati, \* serviámus illi.

In sanctitate, et justitia coram ipso, \* omnibus diebus nostris.

Et tu, puer, Prophéta Altissimi vocáberis: \* præibis enim ante faciém Dómini, parare vias ejus :

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus: \* in remissionem peccatorum eorum :

Per viscera misericordiæ Dei nostri: \* in quibus visitávit nos, oriens ex alto :

Illuminare his, qui in tenebris, et in umbra mortis sedent: \* ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

*Ant.* Posuérunt super caput ejus causam ipsius scriptam : Jesus Nazarénus, Rex Judæórum.

*Ant.* Pour indiquer le sujet de sa condamnation, on écrivit au-dessus de sa tête : Celui-ci est Jésus, le roi des Juifs.

*Cantique de Zacharie. Luc. 1.*

**B**éni soit le Seigneur, le Dieu d'Israël, de ce qu'il a visité et racheté son peuple,

Et nous a suscité un puissant Sauveur dans la maison de David, son serviteur,

Comme il l'avait annoncé par la bouche de ses saints prophètes des temps anciens,

Un Sauveur qui nous délivre de nos ennemis et de la main de tous ceux qui nous haïssent !

C'est ainsi qu'il manifeste sa miséricorde envers nos pères, et se souvient de sa sainte alliance,

Selon le serment par lequel il avait juré à Abraham, notre père,

De nous permettre, après que nous serions délivrés de la main de nos ennemis, de le servir sans crainte,

En marchant devant lui dans la sainteté et dans la justice tous les jours de notre vie.

Et toi, petit enfant, tu seras appelé prophète du Très Haut; car tu marcheras devant la face du Seigneur, pour préparer ses voies,

Afin de donner à son peuple la connaissance du salut par le pardon de ses péchés,

Grâce aux entrailles de la miséricorde de notre Dieu, en vertu de laquelle le soleil levant nous a visités d'en haut,

Pour éclairer ceux qui sont assis dans les ténèbres et dans l'ombre de la mort, pour diriger nos pas dans le chemin de la paix.

*Ant.* Pour indiquer le sujet de sa condamnation, on écrivit au-dessus de sa tête : Celui-ci est Jésus, le roi des Juifs.

*I Fratelli s'inginocchino ed i Cantori dicano :*  
V. Christus factus est pro nobis obédiens  
usque ad mortem.  
R. Mortem autem Crucis.

*Ebdomadario.*

Pater noster, *segreto, e poi il salmo 50.*  
Pater noster, qui es in cœlis, sanctificétur  
nomen tuum.  
Advéniat regnum tuum, fiat volúntas tua  
sicut in cœlo et in terra.  
Panem nostrum quotidiánum, da nobis  
hodie.  
Et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos  
dimittímus debitóribus nostris.  
Et ne nos indúcas in tentatiónem.  
Sed líbera nos a malo.

*Salmo 50.*

**M**iserére mei Deus, \* secúndum  
magnam misericórdiam tuam.  
Et secúndum multitudínem miseratiónum  
tuárum, \* dele iniquitátem meam.  
Amplius lava me ab iniquitáte mea, \* et a  
peccáto meo munda me.  
Quóniam iniquitátem meam ego  
cognósco, \* et peccátum meum contra me est  
semper.  
Tibi soli peccávi, et malum coram te feci :  
\* ut justificéris in sermónibus tuis, et vincas  
cum iudicáris.  
Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum  
: \* et in peccátis concépit me mater mea.  
Ecce enim veritátem dilexísti; \* incérta, et  
occúlta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.  
Aspérge me hyssópo, et mundábor : \*  
lavábis me, et super nivem dealbábor.  
Auditui meo dabis gáudium et lætítiam : \*  
et exultábunt ossa humiliáta.

*Les confrères s'agenouillent et les  
chantres disent :*  
V. Le Christ s'est fait pour nous  
obéissant jusqu'à la mort.  
R. Et la mort de la Croix.

*Hebdomadaire.*

Pater noster, *à voix basse, puis le ps. 50.*  
Notre Père qui es aux cieus, que ton  
nom soit sanctifié, que ton règne  
vienne, que ta volonté soit faite sur  
la terre comme au ciel.

Donne-nous aujourd'hui notre pain de  
ce jour. Pardonne-nous nos  
offenses, comme nous pardonnons  
aussi à ceux qui nous ont offensés.

Et ne nous soumet pas à la tentation,  
mais délivre nous du Mal.

*Psaume 50.*

**O** Dieu ! aie pitié de moi dans ta  
bonté;

Selon ta grande miséricorde, efface  
mes transgressions;

Lave-moi complètement de mon  
iniquité, et purifie-moi de mon péché.

Car je reconnais mes transgressions,  
et mon péché est constamment devant  
moi.

J'ai péché contre toi seul, et j'ai fait  
ce qui est mal à tes yeux, en sorte que  
tu seras juste dans ta sentence, sans  
reproche dans ton jugement.

Voici, je suis né dans l'iniquité, Et  
ma mère m'a conçu dans le péché.

Mais tu veux que la vérité soit au  
fond du coeur : Fais donc pénétrer la  
sagesse au dedans de moi !

Purifie-moi avec l'hysope, et je serai  
pur; lave-moi, et je serai plus blanc  
que la neige.

Annonce-moi l'allégresse et la joie,  
et les os que tu as brisés se réjouiront.

Avérte fáciem tuam a peccátis meis : \* et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me Deus, \* et spíritum rectum ínnova in viscéribus meis.

Ne projícias me a fácie tua : \* et spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde mihi lætítiam salutáris tui : \* et spírítu principáli confirma me.

Docébo iníquos vias tuas : \* et ímpii ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus Deus, Deus salutis meæ : \* et exultábit lingua mea justítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries : \* et os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam si voluísse sacrificium, dedíssem útique : \* holocáustis non delectáberis.

Sacrificium Deo spíritus contribulátus : \* cor contrítum, et humiliátum Deus, non despícies.

Benigne fac Dómine, in bona voluntáte tua Sion, \* ut ædificéntur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrificium justítiaë, oblatiónes, et holocáusta : \* tunc impónent super altáre tuum vítulos.

*Indi l'Orazione.*

**R**éspice, quæsumus, Dómine, super hanc famíliam tuam, pro quam Dóminus noster Jesus Christus non dubitávit mánibus tradi nocéntium, et Crucis subire torméntum.

*E sotto voce si dica :*

Qui tecum vivit, et regnat in Unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

*E si faccian le tenebre, e cosi si finisca il Mattutino, e tutti con silenzio si ritirino.*

Détourne ton regard de mes péchés, Efface toutes mes iniquités.

O Dieu ! crée en moi un coeur pur, renouvelle en moi un esprit bien disposé.

Ne me rejette pas loin de ta face, ne me retire pas ton esprit saint.

Rends-moi la joie de ton salut, et qu'un esprit de bonne volonté me soutienne !

J'enseignerai tes voies à ceux qui les transgressent, et les pécheurs reviendront à toi.

Délivre-moi du sang versé, et ma langue célébrera ta miséricorde.

Seigneur ! ouvre mes lèvres, et ma bouche publiera ta louange.

Si tu eusses voulu des sacrifices, je t'en aurais offert; mais tu ne prends point plaisir aux holocaustes.

Les sacrifices qui sont agréables à Dieu, c'est un esprit brisé : O Dieu ! tu ne dédaignes pas un coeur brisé et contrit.

Répands par ta grâce tes bienfaits sur Sion, bâtis les murs de Jérusalem !

Alors tu agréeras des sacrifices de justice, des holocaustes et des victimes tout entières; alors on offrira des taureaux sur ton autel.

*Oraison.*

**N**ous t'en prions, Seigneur, regarde avec bonté ta famille, pour laquelle notre Seigneur Jésus-Christ n'a pas hésité à se livrer aux mains des bourreaux, et à subir le supplice de la croix.

*Et l'on dit à voix basse :*

Qu'il vive avec toi, et règne dans l'unité du Saint Esprit, pour les siècles des siècles.

R. Amen.

*Puis on fait les ténèbres, et ainsi s'achèvent les Matines. Tous se retirent en silence.*